



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput XVIII. De Sacramento Evcharistiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI. ejus, & verbum tale esse debet, ut, qui  
A.C. 1548. confitetur, audire, atque intelligere pos-  
 sit, sibi virtute, merito, ac beneficio Cbri-  
 sti, peccata remitti, juxta hujus insti-  
 tutum & verbum: Quorum remiseritis  
 peccata, remittuntur eis.

*Io. 20.*

### CAPUT XVIII.

#### *De Sacramento Eucharistia.*

Instituit Christus Sacramentum Eucha-  
 ristiae sub visibili specie panis, & vini,  
 quod verum Christi corpus, & sangu-  
 nem nobis præbet, & hoc spirituali cibo  
 unit nos sibi ut capiti, & membris cor-  
 poris sui, ut in ipso ad omne bonum enu-  
 triamur, & cum Sanctis, in eorumque  
 Communione augescamus per charitatem,  
 unus enim panis unum corpus multi sumus,  
 omnes, qui ex uno pane participamus,  
 inquit Paulus: Forma autem hujus Sa-  
 cramenti, sunt verba illa solemnia,  
 quæ Christus ipse dedit: Hoc est corpus  
 meum, & iterum: Hic est enim Calix  
 Sanguinis mei &c. quod si igitur Christo,  
 & verbo ejus tantum tribuimus,  
 quantum debemus, dubium non est, quin  
 simul, ac verba eadem accedunt ad panem  
 & vinum, ex his fiat verum corpus, &  
 verus Sanguis Christi, quatenus panis,  
 & vini substantia in verum Christi cor-  
 pus, & sanguinem transmutatur: quod  
 qui

qui negat, idem Christi omnipotentiam  
in dubium vocat, & eundem ipsum va-  
nitatis insimulat, quo magis cavendum  
est, ne indigne hoc Sacramentum summa-  
tur. Scriptum est enim: Nam qui edit  
aut bibit indigne, judicium sibi edit, ac  
bibit, non dijudicans corpus Domini.  
Itaque probanda est consuetudo Ecclesiæ,  
quæ hominem non ante ad Sacramentum  
Euccharistiae dicit, quam pænitentiæ Sa-  
cramentum eum repurgavit. Habet Eu-  
charistia vim roborandi in bono spiritua-  
li, cui rei non sane ullus est locus, nisi  
repurgatio peccatorum antecesserit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1548.

## CAPUT XIX.

### *De sacra Unctione.*

Ne homo, cum ægrotat, desideret sub-  
sidium peculiare, quod hoc ejus peri-  
culosissimo tempore, vel corpori ipsius  
subvenire, vel animam contra ignita sa-  
tanæ telamunire possit, instituta est Un-  
ctio sacra, ad quam Oratio Ecclesiæ ac-  
cedat, hujus mysticæ, & salutaris Un-  
ctionis a Domino fundatæ ritum, quo  
administrari eam conveniat, Aposto-  
lus Jacobus promulgavit: Infirmatur  
quis in vobis? inducat presbyteros Ec-  
clesiæ, ut orent super eum, ungentes  
eum oleo in nomine Domini: & oratio  
fidei salvabit infirmum, & alleviabit

N n 4

eum